Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



esset solum portans nomen Regis nihil amplius de Imperii negotiis curabat. Itaque post ejus in Angliam regressum Rex habebat Imperium Romanorum, et vacabat; cum ille solo nomine contentus nullis posset rationibus induci, ut iterum in Germaniam consentiret.

61) Diploma Meinhardi exstat t. X Mon. Boic. inter Polingana XXI. Datum in Monaco anno Domini MCCLXIV. sequente die post festum beati Jacobi Apostoli. Quam precipue ob rem Meinhardus Monachium profectus fuit, latet me quidem: attamen eadem occasione de Conrado regno suo restituendo, deque aliis Imperii negotiis tractatum fuisse, nemo dubitaverit.

62) Occasio belli Tridentini, quod Meinhardus II. Tirolis Princeps gessit, in Anonymi Jurisdictione Sterena Domus Austriacæ in Comites Arcenses ex historiis Archivique Compentani documentis demonstrata, a pag. 12 sqq. tulis affertur gratis: ex ipsimet historiis Arcensibus per Franceum compilatis, imo et ex Investituris Tridentinis lignei a Caroli Magni vel subsequentium Cæsarum temporibus usque ad annum 1136 vel paulo post, Seyanorum Nobilissimam Familiam, eaque nunc sint Comitatus Arcensis loca - possedisse.

Franceus fol. 83 narrat, erisa annum 1136 Leopoldum Austriæ Ducem, et Bavariæ Ducem, semoto Conrado Seyano (qui Lotharii adversus Altimarum Episcopum Tridentinum adhæserat) hujus prædia Alberto ab Arci dono, vel pretio dedisse. Unde subsequentibus temporibus continua altercationes inter Familias Seyanensem, et Arcensem intercessere. Tomum tamen (rem brevitatis gratia compendiose dico) id obtinuerunt Seyani, ut post dimidia pars oppidi Arcensis cum omnibus locis in occidentali parte Sarce, castris Drene, Madontio, Lenige, restitueretur. Arcenses reliquam oppidi et Dynastiæ partem retinerent. Posthæc cum Ezelinus Tridenti tyrannum ageret, Albertus (Adelprechtus) Arcensis coactus est suam (et dimidiam oppidi partem cedere Lodegerio (Sodegerio) de Thieto Pratori, qui tamen illam deinde Meinhardo Tirolis Comiti vendidit. Quod ob factum Albertus a patruelibus suis Tridentinis, heredem reliquit sororem Cubitosam (genealogiam vide supra ad c. X. Addl. 49): quæ dein testamento suo Seyani castrum Drene, quod emptione acquisierant Arcenses, legavit; reliquaque bona 4 Nonas Junii 1264 Tridentinæ Ecclesiæ Cathedrali, cum substitutione tamen in certis casibus ad Comitem Tyrolis Meinhardum. - - Quæ res ansam dedit gravioribus dissidiis, et Bellis, quibus Comes Tyrolis Meinhardus et Tridentinos et Arcenses impetiit. Tridentum Dynastiam Penestrinum (Peneda) deditione, Nonis Maji 1263, accepit, quam non Castrobarcensibus concessit; Tandemque et reliquos Tridentinos, et Arcenses quasi ad extrema redegit.

63) Albertus II. Comes Goritiæ confirmat conventionem, factam a Meinhardo IV. fratre suo cum Gregorio Patriarcha anno 1260. Telum Ricenti (Pingnento) in Istria 1264. Genealogiam Austriacum p. II. f. 423, et 734; apud ill. Coronium Tom. Chron. Sporil. Vide supra Addl. 20.

64) Autographum exstat in tabulario Stamsensi, hujusmodi.

Notum sit omnibus presens scriptum audientibus et videntibus quod nos Volricus dictus Schillo pro salute et remedio

/ portionem

etc. ¶